cium Libertatis. Plantæ omnes Tractatuum, in nonnullis solent mutari, sicuti et Planta Carlovicensis, in ea enim fuit pro basi positum: possidete prout possidetis, et tamen commutatio facta est, quia Respublica Nostra recepit Camenecum, cessit autem in commutationem de Iure Suo Fortalitiorum in Valachia possessorum. Ideo et Nos Plantam Gedanensem manutenemus in essentialibus, salvo Projecto à Nostris Exvinculationis porrecto, et porrigendo.

Concordat cum Originali.

Thomas Joannes à Romanow Romanowski Succamerarius Generalis Terræ Chetmensis et Commissarius à Republica.

Franciscus Poninski Copanicensis Capitaneus ad Tractatus Commissarius.
Franciscus Mielzynski Castellanides Sremensis ad Tractatus Commissarius.
Rozycki Ob: Com: ab Exercitu.

Casimirus Oginski Palatinus Trocensis Commissarius M.D.Litt. ad Tractatum à Republica.
Christophorus Kaminski Iudex Terrestris Districtus Osmianensis Commissarius ad Tractatum ex M.D.Litt.ª

Mppª.

Prorogatio Armistitij ex Parte Confœderatorum ad 28 Aug: 1716

Licet quidem Armistitium ob spem concludendi Tractatus aliquoties ad hoc Usq tempus cum Summa Injuria Reipublicæ prolongatum, toties desideria Populi fefellit. Ne tamen omnes ad paciscendam Patriam modos abnuere videamur, Armistitij tempus confermando se ad omnia Punctis et clausulis nec non Supplentis Armistitij conformia Puncta, a die 25 Aug: ad 28 Augusti inclusivè ea conditione adinterim prorogamus, ut Nostræ ad ultimariam Illmᵒʳᵘᵐ et Excellᵐᵒʳ Dnorum Plenipotentiariorum Declarationem resolutioni in Puncto Exvinculationis in omnibus satisfiat. Parati tantisper ad ulteriorem instantaneam ejusdem Armistitij prolongationem, si sinceram, devotamq Paci, tranquillitatisq Publicæ in Illmis Excellmisq Plenipotentiarijs mentem viderimus Nos accomodaturos. Datt die 22 Aug: 1716

Thomas Joannes a Romanow Romanowski Succamerarius Gnalis T. Ch: et Commissarius à Republica.

Franciscus Poninski Copanicensis Capitaneus ad Tractatus Commissarius
Franciscus Mielzynski Castellanides Sremensis ad Tractatum Commiss:
Rozycki Ob: C: et Commissarius ad Tractatus.

Casimirus Oginski Palatinus Trocensis Commiss: M.D.Litt. a Rpca
Christophorus Kaminski Iudex T. D. Osmian: Commiss: ad Tractatus ex M.D.Litt.ª
Andreas Tuitay I. T. Pal: Trocensis Commiss: ad Tractatum

Mppª